

- Spoleti Albinus a Spoletinis cum consensu Stephani III. papae dux constituitur. Cod. Carol. ep. 11 ed. Iaffé, Bibl. IV, 65. (Aut exeunte anno 756, aut initio anni sequentis).

757. Ind. 10— Spt. 1—11.

Febr. Pisas. Andreas episcopus Pisanus tradit Atoni ecclesiam S. Mamiliani 'in loco Collinem' sitam. 'Guvernante d. Ratchis famulu Chr. principem gentis Lang. a. primo . . per ind. X'. Ex autogr. arch. archiep. Pis. ed. Muratori, Ant. III, 1007; Brunetti I, 561 no. 52; Troya 707. 280

Febr. Beneventi in palatio. Liuprandus dux (Beneventanus) donat 'per rogam Ausonis stolasi' Martino sartario omnem substantiam quondam Causarii, pro eo quod Leo, filius eius, cum ipsius ducis iussione Causeradam, filiam Causarii, sibi in coniugium desponsavit. Reg. S. Soph. Ben. III, 11; Ughelli X, 460; Troya 708. 281

- In Tusciae partibus. Desiderius dux 'per scriptam paginam sub terribili iuramento', praesentibus Fulrado abbate S. Dionysii et legatis Stephani III. papae, promittit, ecclesiae Romanae civitates ereptas se restitutum esse. Lib. pont. II, 123; Cod. Carol. ep. 11 p. 64. 282

32. DESIDERIUS. 757—774.

Mart. in. — Desiderius per procuracionem Stephani papae et industriam Fulradi abbatis ordinatus est rex Langobardorum. Lib. pont. l. c.; Cod. Carol. l. c.; Catal. Brix. l. c. (De tempore cf. Oelsner, Pippin p. 437 sqq. De genere et familia Desiderii cf. Hist. patr. mon. XIII, 60 n.).

Mart. In Reate. Guinelapus sculdahis et Stephania uxor eius donant monasterio S. Mariae (Farfensi) diversa praedia. 'Temp. d. Albuini gl. et s. ducis g. L. anno ducatus I, et v. m. Alefridi gast. civ. Reat. . . per ind. X'. Reg. Farf. 43; Troya 709. 283

(c. Mart.?) — Desiderius per Garrinodum ducem et Grimoaldum Stephano papae 'reddendum spopondit civitatem Bononiam cum finibus suis; et in pacis quiete' cum Romana ecclesia se mansurum professus est; petit, ut papa Pippinum regem ad pacis concordiam cum ipso continuandam commoveat. Cod. Carol. l. c.

Mai. In monasterio S. Mariae (Farfensi). Felix colonus monasterii S. Mariae (Farfensis) donat eidem monasterio omnes res suas in fundo Longitiae sitas, usufructu sibi viventi reservato. 'Temp. d. Albin s. d. et v. m. Hizzenis gast. civ. Reat. . . per ind. X'. Reg. Farf. 44; Troya 711; Id., Discorso de' vinti Romani, App. no. 2. 284

756 ex. — 757, Aug. — Albinus dux Spoletinus confirmat per praeceptum Pandoni habitatori civitatis Reatinae res ab